

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph

Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

Hybriae Scolion.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

Υβρίς Κρήτης σκόλιον *).

- 1 Ἔσι μοι πλῆστος, μέγα δόρυ, καὶ ξίφος,
 Καὶ τὸ καλὸν λαισήϊον. πρόβλημα χρωτός!
 Τούτῳ γὰρ ἄρῳ, τέτῳ θερίζω, τέτῳ
 Πατέω τὸν αἰδὺν οἶνον ἀπ' ἀμπέλῳ,
 5 Τούτῳ δέσποτας μνοίας κέκλημαι, τοὶ δὲ
 Μὴ τολμῶντες ἔχειν δόρυ καὶ τὸ καλὸν λαι-
 σήϊον,
 Πάντες γόνυ πεπτηότες ἐμοὶ, κυνέοντι
 Δεσπόταν, καὶ βασιλέα μέγαν φωνέοντι.

Καλλισράτης σκόλιον **).

- 1 Ἐν μύρτῃ κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
 Ὡσπερ Ἀρμόδιος κ' Ἀριστογείτων,
 Ὅτε

*) Ex *Athen.* XV. 15. pag. 685. F. 686. A. et *Brunckii* *Anacr.* p. 106. eiusque *Analectis* etc. I. pag. 159. Reddiderunt atque illustrarunt hoc scolion *Koerppen* in *Griech. Blumenlese*, part. II. pag. 107. et *Cludius* l. c. pag. 54. sqq. — v. 5. δεσπότης μνοίας, dominus familiae, servorum multitudinis. *Hesych.* μνοία, οἰκτεία.

**) Sequuti sumus *Lowth*, in libro praestanti de sacra poesi hebraeorum, ex versione lat. *I. Dan. Michal-*
is, part. 1. pag. 17. sq. quaedam corrigentem atque in-
 terpretantem, et *Brunck.* in *Analect. poet. gr.* tom. 1.
 pag. 155. sq. Hoc scolion, quod servavit *Athen.* lib. XV.
 15. pag. 695. B. inprimis explicuerunt et historiam Har-
 modii atque Aristogitonis, ab aliis aliter enarratam, vbe-
 rius exposuerunt cl. *Cludius* in *Biblioth. der alten Litterat.* u. *Kunst*, part. 1. pag. 57. sq. qui germanicam,
 eamque metricam, adiecit versionem, et cl. *Degen* in
 edit. *Anacreontis Altenburg.* pag. 190. sq. et pag. 279.

Ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην,
Ἰσονόμους τ' Ἀθῆνας ἐποιήσατήν.

Φίλταθ' Ἀρμόδι', ἔτι πρὸς τέθνηκας 5

Νήσοις

sq. inprimis van Goens in Miscellaneis obseruat. cap. V. ubi pag. 36 — 50. non solum historiam atque occasionem caedis, diuersasque variorum narrationes atque editiones carminis recenset; sed scolion quoque permultis criticis, grammaticis atque aestheticis animaduersionibus illustrat. A Fabricio B. Gr. tom. IV. pag. 58. sq. Lowthio, Goensio aliisque auctoritate Hesychii in voc. Ἀρμόδιος μύθος id carmen tribuitur Callistrato: at enim res nondum explorata mihi esse videtur: et num Hesychii testimonium vnice valeat, nec alius antiquus poeta fuerit carminis auctor, adhuc haesito. Alcaeo quidem quominus secundum Aemilium Portum et alios vindicari possit, temporis ratio prohibet. adde Doruillii *van. criticam* cap. X. p. 478. Quisquis est auctor, ille voluit populares suos ad libertatis et patriae amorem tyrannidisque odium incitare, exemplo Harmodii atque Aristogitonis nobilissimo et decantatissimo ad carmen ornandum atque illuminandum vsus. Illi enim Hipparchum, ab hoc laceffiti, conspiratione facta inter adparatum siue Panathenaeorum siue alius festi temporis sollemniozem pugionibus, quos *in myrti ramis*, (v. *Aristoph. Lysistr.* 633. ibique schol. et de illorum vsu multus est Goens,) abdiderant, adorti obtruncarunt, Olymp. LXVI. *Corfin. fast. attic.* III. pag. 123 sq. Harmodius quidem ab ipsis tyranni satellitibus est interfectus, et Aristogiton a fuga retractus capitali supplicio fertur adfectus. v. *Herodot.* V. cap. 55 et 56. ibique *Valcken.* pag. 398. *Thucyd.* VI. cap. 54. sqq. adde *Aelian.* V. H. lib. XI. 8. ibique Kühn et Perizon. Athenienses quidem post hanc caedem non statim libertatem recuperarunt, nec omnes ciues acutum ἰσόνομοι, paribus et aequalibus legibus gauisi, facti sunt. Nam Hippiae fratris tyrannidem tres, (secundum Thucydidem) aut quatuor, (secundum Herodotum, quos tamen bene conciliauit Wesseling ad Herodoti locum,) adhuc annos perferre sunt coacti. At quoniam Harmodii atque